

**Dissertatio chemico-medica inauguralis de animantium calore ... /  
Eruditorum examini subjicit Gulielmus Somervell Mitchell.**

**Contributors**

Mitchell, Gulielmus Somervell.  
University of Edinburgh.

**Publication/Creation**

Edinburgi : Apud E. Balfour, 1800.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/n8thzj44>

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

DISSERTATIO CHEMICO-MEDICA  
INAUGURALIS  
*ANIMANTIU M CALORE.*

---

DISSERTATIO CHEMICO-MEDICA

INAUGURALIS

DE

*ANIMANTIU M CALORE.*

---

EDINBURGH: {  
APUD E. BALFOUR. §

DISSESTITATIO CHEMICO-MEDICA  
INAUGURALIS

DE

ANVIMANTUM CALORAE

OPUS

ANNVENTE SUMMO NUMINE

D. GEORGII BAIRD, M.D.

DISSESTITATIO CHEMICO-MEDICA

NECOPON

AMERICANA SCIENTIA ACADEMICA COMPENDI

THE INGENUUS FIDES THIS WORK A DEDICATED

PRO GRADU DOCTORIS

Digitized by the Internet Archive  
in 2020 with funding from  
Wellcome Library

DISSERTATIO CHEMICO-MEDICA  
INAUGURALIS

DE

*ANIMANTIUM CALORE;*

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, S.S.T.P.

*ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;*

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu,

ET Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

GULIELMUS SOMERVELL MITCHELL,  
*SCOTUS,*

SOCIET. NATURÆ STUDIOSOR. EDINBURGENÆ

SOCIUS EXTRAORDINARIUS.

Omne, quod vivit, sive animal sive terra editum, id vivit  
propter inclusum in eo Calorem. ————— CICERO.

*AD DIEM 12. SEPTEMBRIS, HORA LOCOQUE SOLITIS.*

*EDINBURG I:*

CUM PRIVILEGIO,

APUD E. BALFOUR.

1800.

DISSERTATIO CHEMICO MEDICO

IN INGERSERIA

JOANNI MAGGREGOR MURRAY, EDITOR BARONETTO

A V A M M E R Y

SCAMONIA  
SALVATRICE  
TINNITUS  
SANNO  
BELLUS

D. GEORGII FRIEDR. T.

DE OCHYMATE ET UMBILICIS  
CUM OCHYMATE ET UMBILICIS  
HICRON

SCAMONIA SCAMONIA  
TINNITUS SANNO BELLUS

PRO GRADU DOCTORI

MAGISTER UNIVERSITATIS ET CONSULTOR  
SCAMONIA SCAMONIA  
TINNITUS SANNO BELLUS

SCAMONIA SCAMONIA  
TINNITUS SANNO BELLUS

SCAMONIA SCAMONIA

SCAMONIA SCAMONIA

SCAMONIA SCAMONIA  
TINNITUS SANNO BELLUS

SCAMONIA SCAMONIA

VERO OPTIMO

JOANNI MACGREGOR MURRAY, EQUITI BARONETTO,

DE BALQUHIDDER AC DE LANDRECK,

ANTIQUA GENTE REGIS ALPINI PROGENITO,

SED NON MAGIS GENERIS ANTIQUITATE,

QUAM PROPRIIS VIRTUTIBUS ILLUSTRI,

QUI OB INTEGRITATEM, PROBITATEM, JUSTICIAMQUE,

DUM RES IN INDIA ORIENTALI FELICITER ADMINISTRABAT,

SUMMIS LAUDIBUS JUSTE EFFEREBA TUR;

MORUMQUE SUAVITATE ET COMITATE,

OMNIBUS MAXIME CARUM SESE REDDEBAT.

NEC DUM IN TANTIS TAMQUE VARIIS MUNERIBUS FUNGENDIS

MULTUM VERSABATUR,

MINUS DILIGENTER RES HUMANIORES COLEBAT,

AC QUANQUAM LITERARUM SCIENTIARUMQUE COGNITIONE VALDE

PRÆSTET

ETIAM MULTO ARDORE SCIENTIÆ VESTIGIA PREMIT,

HAS STUDIORUM PRIMITIAS,

SUMMA CUM OBSERVANTIA,

SACRAS ESSE VULT

GULIELMUS SOMERVELL MITCHELL.



## DISSESSATIO CHEMICO-MEDICA

## INAUGURALIS

DE

## ANIMANTUM CALORE.

GUL. S. MITCHELL, AUCTORE.

**H**OMINIBUS ulla, nec insignior, nec præstantior, quam caloris progignendi potef-  
tas, vix a natura datur. Constat enim, calorem  
humanum in eodem gradu semper permanere,  
in frigidis arcti regionibus, æque ac in fervidis  
austri plagis. Quanquam homo multis objec-

A

tus

tus corporibus, attractione chemica, calorem aut dandum aut accipendum utrinque paratis, eam vim intactam retinet. Cum vero circumspiciamus hoc proprium homini nequaquam inveniemus. Eodem munere multa animalia, multa, præsertim aves, majori etiam modo, sunt prædita. Amphibiis haud equidem deest ; pisces quoque, quibus idem calor ac undis olim inesse putabatur, nunc temperiem duobus aut tribus gradibus majorem possidere, compluria docent pericula. Neque hic restat ; infectis ipsis vermibusque temperiem, quibusdam gradibus suo domicilio calidiorem, habere satis constat : polypi etiam caloris generandi munere quodammodo fungi videntur. Credo equidem, nec vana fides, plantis dotem tam utilem haud omnino esse denegatam.

Quum phœnomena ita clara, effectusque ita permagni, causam ejus multum etiam ab antiquis temporibus quæfitam, minime est mirandum.

dum. Veteres enim philosophi, qui vitam et ignem unum ac idem crediderunt, eam diligenter, sed sine fructu, perscrutabantur. Inter recentiores, chemici primo, scientiae parum periti, naturae corporis magis ignari, misturæ chemicæ, fermentationi, multisque aliis caufis, sine dubio tribuebant. Ex quo philosophia mecanica valeret, et sanguinis circuitus repertus esset, motui sanguinis in circuitu referebant; ac duæ de ea re sententiæ philosophos dividebant, altera mutuam fluidorum actionem in solida, altera motum sanguinis particularum, caloris caufam ducebant. Dum in nervorum fabricam inquirebant medici, ac vim vitalem nervis inesse credebant, quærebat illustrissimus Cullenus, Nonne calor animalis in vi vitali positus est? Hanc in sententiam haud multi pedibus ibant; nam doctrina magis probabilis, renascente chemia, ab illustrissimo Black mox oblata fuit, qui respirationem animantium calorem genuisse dicebat. Cum autem hæc opinio multis obseretur

deretur difficultatibus, afferuit Doctor Rigby multis experimentis fretus, ventriculum caloris fontem certe fuisse. Nimius, ut fit, simplicitatis ardor omnes in errorem duxit. Calorem animantium, neque solum respiratione Doctoris Black, nec ventriculi concoctione Doctoris Rigby; sed mutua cujusque actione, ex magna parte niti inveniemus: quantum vero nervi etiam adjuvant vasorum actioni, adhuc latet.

Sed antequam ullam proferamus opinionem, nota processus vestigia indicare, operam dabimus. In respirando quandam aeris atmospheric i partem in pulmones receptam esse, ac quæ aeri redditur, non amplius spiritui aptam esse, pro certo habemus. Aer mutatus redit, acido carbonico plenus, pluribusque vaporibus aquofis quam ante ingressum; onustus gas azoticum quidem intactum manet, sed magna oxygenii pars abstracta est. Multa pericula a multis, quæ harum inter se mutationum rationem juf-

tam

tam constituerent, nuper et olim inventa fuerunt, sed erroribus vacare, de optimis non dici potest, ac appropinquationes veritati solam dicendæ sunt. Quæ a claro Seguin\* de suis ac Lavoisieranis experimentis deducta sunt, in animo sequi est. Ex complurium periculorum collatione, 22 pedes cubicos Gallicos, aut prope 32 uncias pondere Anglicas, in hominis sani pulmonibus singulis diebus absorberi comperit; quarum 13 uncias in gase acido carbonico formando, et 5 uncias in vapore aquoso confectas esse ostendit. Præterea restant 14 unciae, ex quibus fortasse componitur aqua, ubique in hydro-carbonium incident. Quum autem de hisce rebus opiniones sunt diversæ, quærendo opus erit.

Sanguini venoso, quam arteriali, multo magis fusci coloris esse, omnibus fere notum; sanguis vero, dum per pulmones transit, ubi aeri inhalato objicitur, colorem fuscum amittit, in sanguinem

\* Vid. Memoires de l'Academie Royale.

guinem arterialem vertitur, et hæc permutatio adeo vitæ necessaria videtur, ut totus sanguis semper per pulmones transmittatur. Sanguinem e corpore missum, quam primum aera attingat, oxygenium absorbere, colore fuscum amittere, rubrumque sanguinis arterialis colorum sumere, ostenderunt clari viri Goodwin et Priestley \*; quumque crassamenti frusta aeri obtulerint, eadem fuit sequela. Eam mutationem a gase oxygenio effectam fuisse monstravit ille; et hic eandem fore conversionem, etiam si in vesicâ sero madefacta includatur: hinc oxygenium hujusce causam esse concludere possumus, quomodo vero fit, duabus sententiis materiem præbuit.

Illusterrissimi viri Lavoisier ac Crawford, respiratus, sevi combustioni similitudine freti, pulmones, uti clarus Black, fornacem, atque ibi combustionem fieri putabant. Credebant quo-

que

---

\* Philosophical Transactions, vol. lxvi.

que sanguinem venosum ab arteriali solum differet, quod hydro-carbonium habeat; insuper quod major oxygenio quam sanguini affinitas hydro-carbonio sit, conjunctionem aeris oxygenii cum sanguinis hydro-carbonio in pulmonum superficie certe fieri, ex qua gas acidum carbonicum, et vaporem aquaeum produci, atque dum formantur, calorem evolvi; cuius aliam partem a gase et aqua, quae formam gaseam illis daret, confessim absorberi; alteram vero partem sanguini arteriali sese adjungere, atque ibi latere incognitam, quia sanguis arterialis caloris multo tenacior quam venosus. Sanguinem addunt a variis corporis locis hydro-carbonium accipere, quippe quae putrida evolvantur, ac postea per tunicas vasorum arteriarum capillarium in sanguinem admissum esse. Hac commixtione in sanguinem venosum converti, calor minus tenacem evadere, calorem specificum deperdere, calorem sensibus manifestum fieri, ac corporis temperiem sustentare.

Huic

Huic sententiæ obstant quam plurima. Si quum adsit hydro-carbonium, corporis capacitas caloris minuatur, cumque defit, augeatur capacitas, quomodo liberi caloris evolutio unquam fieri possit? Ut mutatio sit mutua, necesse, simul atque hydro-carbonium acceperint vasa capillaria, confestim partibus, unde nacta sunt, calorem suum tradant. Præterea Doctores Hunter et Hamilton sanguinem arteriale magnis in vasis ligaturis detentum, calorem venosum adeptum esse ostenderunt. Certe tunc hydro-carbonium densas eorum tunicas penetrare nunquam potuit. Etiam si, autem, hydro-carbonio talem fuisse transitum concipere possemus, hac opinione inutilia evaderent vasa forbilia, quia arteriarum capillaria eorum munere fungerentur.

Contendunt philosophi La Grange et Hafsenfratz\* colorem arteriale ex oxygenio in sanguine

\* Annales de Chimie, vol. ix.

sanguine soluto oriri, quod in transitu per pulmones nuper adeptus fuerat sanguis. Gas oxygenium absorptum, fluidis elasticis in pulmonibus generatis, caloris aliam partem statim impertit, alteram in se ipso conservat. In circuitu autem, quam primum hydro-carbonio ob viam fiat gas oxygenium, fibi adscicit, ac deinceps calorem expedit. Oxygenii attractio caloris junctionem hanc tardam lentamque reddit. Dum igitur acidum carbonicum et aqua in massa humorum circumvecta generantur, calor expeditur, ac temperies corporis totius ita conservatur. Pulmones ingressa acidum carbonicum et aqua, cum propter oxygenii majorem sanguinis affinitatem, tum propter calorem eorum, ex oxygenio in sanguinem absorpto, magis auctum, sub fluidorum elasticorum forma ejiciuntur.

Hæc opinio, ex periculis a Goodwin factis, sanguinem venosum, postquam gas oxygenium

attegisset, partem bibere, arterialem evadere, ac calorem edere, quodammodo pendet. Priestley et Girtanner sanguinem gasi azotico objectum lividum fieri demonstrarunt; et, quia in eodem gase azotico flamma aliquamdiu ardebat, oxygenium solutum capere deducunt, ex quo oxygenii partem abstraxisse, manifesta luce, apparet. Quædam experimenta nupera a Domino Davy\* huic rei multo majorem fidem præbent. Experimenta Doctorum Hunter et Hamilton supra dicta, etiam magis confirmant. Præterea Haffenfratz ipse sanguinem floridum in vasis Hermetice obsignatis inclusum, colorem lividum sumpsiſſe, aut in loco claro, aut obſcuro positis, semper comperit; acidum muriaticum oxygenatum in sanguinem egisse, ac colorem fuscum et pene nigrum ei dedisse, quoque ostendit, quanquam acidum muriaticum talem conversionem efficere non posset. Hinc conlūsum est, sanguinem nigrum ex oxygenii super-

vacanei

\* Vide Beddoes's Contributions to Medical and Physical Knowledge.

vacanei junctione acidi muriatici oxygenati cum quadam sanguinis parte originem traxisse oportere, atque ex prioribus experimentis quod-dam tale a temporis longinquitate posse effici, item cogitant. Hujus rei explicationem multo magis verisimilem dare licet, secundum opinionem posthac dictam, chylum esse fontem hydro-carbonii; sic propter sanguinem in vasis magnis remoratum, renixus vasorum validus ad se hoc onere liberandos, junctionem hydro-carbonii nuper in sanguinem admissi citiore arctioremque efficit, ex quo paululum oxydetur sanguis.

Quamvis durarum sententiarum, quas supra diximus, posterior magis probabilis, non omnino caret difficultatibus. Quarum vero nec uni, nec alteri objiciatur, acidum carbonicum et aquam nisi in summa temperie gigni neutiquam posse; non enim gas hydrogenium, sed hydrogenium simplex, quod hic comburitur, sem-

per

per notandum est. Nam clari viri Priestley et Berthollet experimentis demonstrarunt, hydrogenium nascens in solita aeris temperie oxygenio sese adjungere posse. Carbonio quoque particulas suas in sanguine ita disjunctas esse, ut affinitatem oxygenio in ima etiam temperie possideat, ac cum eo se facile admisceat. Quorundam pyrophyrorum combustio, gasis acidici carbonici generatio in fermentatione vinosa, ac in fructibus sub diu divisis, quum solis radiis opponantur, hoc multo manifestius reddunt. Contra opinionem posteriorem haud injuste dicatur, cum in sanguine adsit pura soda, inesse simul acidum carbonicum, credere maxime absurdum foret; nam si res ita se haberet, ut sodæ carbonas fieret, necesse est. Ad has difficultates amovendas, clarus vir Allen \* mutationem maxime felicem suggerit, qui credens oxygenium in pulmonibus acquisitum, in sanguine esse solutum, opinatur eum hydro-carbonio in circuitu

\* In suis prælectionibus Edinburgi habitis.

circuitu obviam fieri, cui vasorum actione perdetentim admisceatur, caloremque suum explicat. Ita oxydatur hydro-carbonium, et ad pulmones advecto tantum caloris adjicitur, quantum ad statum aereum ei dandum sufficeret, ac sub forma gasis acidi carbonici vaporisque aquosí illico avolat. Si tunc hydro-carbonii fontem chylum esse concedamus, ac de ea re vix dubitandum, quum ad chyli naturam, compositionemque animum vertamus: constat enim ex carbonio, hydrogenio ac oxygenio varie mixtis ac conjunctis: materiem præbet ventriculus ex animalibus aut plantis conflatam, ac post multas mutationes bene concoctam tradat vasis lacteis, quæ in sanguinem postea infundunt, una cum lympha ex cæteris partibus corporis cœducis collectâ; hanc rem quodammodo confirmant natura flammæa, ac color chyli.

His emendationibus ita stabit sententia. Gasis oxygenii in pulmonibus absorptio est, dumque oxygenium

oxygenium in sanguine solutum per vasa in circuitu transit, hydro-carbonio fit obviam, ac una cum eo gradatim comburitur, caloremque edit, interea oxydatur hydro-carbonium. Achylo derivatur hydro-carbonium color, venosus a soluto hydro-carbonio oxydato oriatur, arterialis vero color ab hujuscem hydro-carbonii disjunctione. Hac notione 14 unciae quæ adhuc deerant, in aqua generanda, simul ac satis hydro-carbonii congressæ fuerint, aut in cutis superficie, aut in canali alimentario, evanuisse videntur, atque e corpore tandem ejiciuntur. Ex quibus omnibus, cum respirationem, tum ventriculi concoctionem, caloris gignendi fontes esse concludimus.

Præter hos, adeps, secretionesque adiposæ, quæ sunt quasi materiei comburendæ receptacula in usus animalium extraordinarios semper parata, uti altera caloris origo haud sunt

præ-

prætereundæ. Res ita se habere in febribus, ac in exemplo inanitionis a \* Doctore Currie relato, cuivis videre licet. Effectibus quoque in animalia torpida, quoad adipem, induc-tis, hoc magis verisimile redditur,

Fluidorum mutatio in solida, ut calorem aliquem liberaret, item necesse est,

Sunt etiam, qui muscularum contractionem quandam portionem quoque edere, non sine causa perhibent,

Oxygenium in ventriculo etiam absumitur, sed ibi loci in sublevanda cibi temperie, usque dum sanguinis calorem æquat, omnino expen-di, haud absimile videtur, unde aliqua ratio ejus haud est habenda.

De Milly, Abernethy, et Jurine, oxygenium  
in

---

\* Currie on Fevers.

in cutis superficie etiam consumi, experimen-  
tis suis ostenderunt, ex quo gas acidum carbo-  
nicum ac aqua generentur, et calor, quamvis  
multo minor quam in pulmonibus, evolvatur.  
Copia vero caloris, qui ita explicatur, multum  
variat; ætatis diversitas, temperies, quies, ac  
plura alia multas ei mutationes semper efficiunt.

His de caloris origine, ac quomodo libe-  
retur, præmissis, quo magis illustretur sen-  
tentia, quantum caloris quotidie in corpore  
producatur, quantumque quotidie expendatur  
nunc computare conabimur. Lavoifier ex pe-  
riculis in porcum indicum factis, tantum prope  
in respirando caloris dispendium, quantum in  
combustione, nos certiores facit. Nunc 18 un-  
cias gafis acidi carbonici ex combustione 13 un-  
ciarum gafis oxygenii formari reperimus; nam in  
acidi carbonici lib. 1. partes 28 carbonis et 72  
oxygenii semper sunt, igitur  $72 : 28 :: 13 : x$ , et

$x = \frac{28 \times 13}{72} = 5$  unciis carbonis, et  $5 + 13 = 18$  unciis gafis acidi carbonici. Ostendit idem celeberrimus philosophus glaciei portionem inter combustionem liquefactam, caloris evoluti unicam mensuram notam, atque in qua-  
que acidi carbonici libra combusta, 27 lib. glaciei semper liquefieri ; ergo in 18 unciis acidi carbonici comburendo, tantum caloris est, quantum glaciei  $40\frac{1}{2}$  libras liqueferet nam  $12 : 27 :: 18 : x$ ; et  $x = \frac{27 \times 18}{12} = 40\frac{1}{2}$ .

Aquam in pulmonibus, aliisque corporis partibus ex oxygenii 19 unciis generatam, eodem modo computare licet. Quia in aqua oxygenii ratio ad hydrogenium est, ut 85 : 15; gafis hydrogenii reperietur esse 3.2 uncias. Nam  $85 : 15 :: 19 : x$ ; et  $x = \frac{15 \times 19}{85} = 3.2$ , hinc erint aquæ  $19 + 3 = 22$  unciis: si calorem per combustionem hujus aquæ quæramus, ita inveniantur esse, quod caloris 81 lib. glaciei liquefcere

satis foret; nam quum glaciei 44.33 lib. singulis aquæ libris liquefieri dicantur, tunc 12. 44.33 :: 22 : x, et  $x = \frac{44.33 \times 22}{12} = 81$ ; ac quia corporis hydrogenium ab gase hydrogenio computationis  $\frac{4}{3}$  omnino differt, subtrahendæ sunt  $\frac{4}{3}$  ab 81, ac restat, quod caloris 45 lib. glaciei liqueficeret, tunc cum addantur  $40\frac{1}{2}$  lib. ex acidii carbonici combustionē  $40\frac{1}{2} + 45 = 85\frac{1}{2}$  in toto. Hujus omnis caloris qui  $85\frac{1}{2}$  lib. glaciei liquifaciendis sufficeret, pars una in aere externo ad corporis temperiem sublevandam absumitur; et quanquam Seguin, quantum aeris atmospherici quotidie inhaletur, non æstimâsse videtur, si inter se comparentur, quæ ab eo deducta et quæ a Doctore Menzies \*, reperire potest. Menzies totum aeris oxygenium nequaquam abstrahi invenit, aliter ratio solita satis foret, sed rationem fuisse circiter oxygenii 40 uncias ad 58 lib. aeris atmospherici inde 46 lib. aeris habebimus,

---

\* In Dissertatione inaugurali de Respiratione.

habebimus, nam  $40 : 58 :: 32 : x$ , et  $x = \frac{58 \times 32}{40} = 46$ . Iterum, uti aeris atmospherici capacitas caloris est 1.79, et uti calor abstractus, dum liquefit libra una glaciei, temperiem aquæ frigore concretæ ad  $135^\circ$  augeret; ille idem calor aeris libram unam  $79.4^\circ$  augeret, nam  $1.79 : 1 :: 135 : x$ , et  $x = \frac{135 \times 1}{1.79} = 79.4$ : augendus vero est aer ex  $66^\circ$  temperie in Seguin experimentis ad sanguinis temperiem 98, aut  $98 - 66 = 32$ . Glacies ergo liquecenda, quæ aeris libræ uni  $32^\circ$  daret, æquabit .40 aut prope  $\frac{1}{2}$ , nam  $79 : 1 :: 32 : x$ , et  $x = \frac{1 \times 32}{79} = .40$ , sic  $\frac{4}{5} = 23$  lib. Igitur id calor, quod 23 lib. glaciei liquefcere potuit, ad aera  $32^\circ$  dandum exigitur.

Deinceps quærendus est calor, quæ aquam in pulmonibus in vaporem convertere queat. Oxy-  
genii 5 unciae uti in prioribus exemplis aquæ pro-  
pe 6 uncias præbebit. In experimentis a viris cla-

ris Watt et Black inventis, ac etiam in magis  
Domini Pictet recentibus, tantum caloris in qua-  
que vaporis libra ingredi docemur, quantum cum  
altero corpore fluido ejusdem ac aquæ capaci-  
tatis, sed quod in vaporem converti nequi-  
ret, 960° caloris communicare sufficeret: hinc  
 $135 : 1 :: 960 : x$ , et  $x = \frac{1 \times 960}{135} = 7.1$  in qua-  
que libra: nunc 6 unciae aquæ semilibram æqua-  
bunt; ergo  $\frac{7.1}{2} = 3.5$ , quæ ad aquam augen-  
dam postulantur.

Caloris in pulmonibus liberati 23 lib. ad  
aera ac 3.5 ad aquam augendam necessarias  
jam ostendimus, et  $40\frac{1}{2} - 23 - 3.5 = 13$  prope,  
quæ capacitatem arteriale suppetant, adhuc  
restant. Restant insuper 45 libræ, quæ ad ha-  
litum cuticularem promovendum expensæ esse  
videntur. Id aquæ, quod ex iis formatur, jam  
diximus, ac jacturam partium quotidianam, quæ  
intra corpus fit, novimus, cuius magna pars,

una cum aqua sub vaporis forma, corpore ejici-  
tur. Exhalationem spontaneam frigus maximum  
efficere bene scimus, ejusque effectus semper  
esse secundum processus celeritatem, ac quan-  
tum vaporis sit. Exhalatio per cutem nun-  
quam ad amissim redacta est, sicut ex Sanctorii  
et Cruickshank computationibus, quorum ille  
50, hic vero 84 unciis aestimavit, numerum in-  
termedium sumamus, tantum caloris, ratione  
supradicta, ad eum in vaporem convertendum,  
quantum 39 libras glaciei liquefcere satis foret,  
omnino exigi inveniemus; nam 1 : 7 : 167 : x,  
et  $x = \frac{7 \times 167}{1} = 39$  lib, ac  $45 - 39 = 6$  libris  
relictis, quæ vaporis formam, superficierum ca-  
vorumque fluidis intra corpus sustentent. Pa-  
tet igitur halitum per cutem halitui per pulmo-  
nes oppositum esse; quod aliam rem non parvi  
momenti memorare me ducat; modum nempe  
caloris ita temperandi, ut quæ circumstant, ca-

lorem

lorem nimium nobis nec dant nec abstrahant.

Aer, ut fit, in temperie  $50^{\circ}$  caloris, plus quam aer in temperie  $60^{\circ}$ ; aer in temperie  $60^{\circ}$ , plus quam  $90^{\circ}$ , semper secum avehit. Aer in pulmones inhalatus ac oxygenium inde absorptum contrariam sequuntur rationem; in temperie infera plus oxygenii absorbetur, quam in supera, ac plus caloris interne liberatur. Doctoris Crawford experimentum sanguinis hydro-carbonii cum oxygenio majorem affinitatem esse in supera, quam infera temperie ostendere videtur. Duos porcos Indicos in eodem aeris volume, sed temperie inequali, inclusit; uterque intra idem tempus exanimatus repertus est; sed qui in aere frigido inclusus, plus aeris, quam qui in aere calido, consumperat. Ille autem, quantum oxygenii continerent hæc duo vasa, nos certiores facere neglexit; atque a plerisque conceditur, aera in temperie supera quam in temperie

temperie infera minus oxygenii continere.  
Nonne hoc in statu, animalia plus oxygenii  
semper consumere consuerunt?

Calorem maximum, quem corpus humanum  
sine injuria perferre cognitum est, omnes mul-  
tum admirati sunt; ac quidam etiam afferuerunt,  
vim caloris extinguendi vel potius frigoris ge-  
nerandi omni tempore possidere. Originem  
habet hæc opinio ex quibusdam experimentis  
a C. Blagden equite ac Doctore Fordyce fac-  
tis; sed quia solum pura fictio est, eam hic re-  
fellere haud operæ pretium foret: Præterea cum  
exhalatio per cutem, adjectis quoque rebus su-  
pradicatis, difficultatem solvere debet. Canis,  
ait Crawford, in arca ad 136° calefacta, semi-  
horam sine injuria manebat, corporis calor ad  
101° solum ascenderat atque arcæ fundus sali-  
va madefactus conspiciebatur. Meffores in Pen-  
sylvania, ait Doctor Franklin, in tempore anni  
calidissimo, labores haud definunt, quamvis

ther-

thermometrum supra sanguinis calorem ascen-  
disset, si exhalatio per cutem potu continuetur.  
Quando exhalatio per cutem inceperit, moles  
tiam ex sensu caloris paulatim decadere, ab  
omnibus quotidie observatur; quin igitur tem-  
peratura sic moderetur, non amplius dubitan-  
dum.

Quæstionibus de calore animali, ita parati,  
responsa dare conabimur. Ut animalia hanc  
potestatem variis gradibus possideant, ex con-  
formatione necesse est. Mammalia enim his  
omnibus viribus, quæ, ut supra diximus, calo-  
rem animalem generant, prædita esse reperi-  
mus. Omnibus quoque animantibus ex respi-  
randi virium perfectione calor suppeditari vide-  
tur. In avibus quanquam pulmones parvi  
sunt, arcteque costis fixi, multæ vesicæ sunt  
aeri capiendo accommodatæ, quæ aere inspira-  
to perpetuo implentur, ac per pulmones ita  
impellitur aer, ut reditu æque ac ingressu tan-

tum

tum sanguinis semper ab eo oxydatur; inde plus oxygenii bibunt aves, multum hydro-carbonium item consumunt; hinc oritur major caloris gradus. In amphibiis sanguinis colorem pallescere, atque adipem pro rata parte magis copiosam evadere, eandem ob causam vide-mus. In piscibus, quibus nomen *exsangue genus* inditum est, quia propter colorem albidum iis sanguinem nullum fuisse olim creditum est, mutatio manifesta conspicitur, quippe quibus pulmones nulli. Branchiae in pulmonis locum succedunt, aquam per branchias impellunt, coguntque; ita oxygenium absorbetur, sanguis oxydatur, ac color recreatur. Multo minus oxygenii in aqua invenit Priestley, postquam pisces plures horas in ea manifset. Hoc quoque ab experimentis nuperis \* Doctoris Davy multum confirmatur. Infectis vermis

\* Beddoes's Contributions to Medical and Physical Knowledge, &c. &c.

busque plurima eorum spiracula pulmonum muneribus funguntur. Denique quo longius anatomicæ animalium scientiam proferamus, eo plura sententiaæ hujus documenta nobis oblata fuerint.

Mira inter animalia plantasque analogia silentio haud est prætereunda ; quum enim multi rei botanicæ periti contendunt, per folia respirare plantas, ac per radices, caules, foliaque, aquam, et acidum carbonicum pro alimento bibere, separare, concoquere ; insuper, quum ab experimentis Domini Hunter instructi, plantis tempore hiberno temperiem aere majorem esse, in æstivo vero paululo minorem cognoscimus ; haec caloris gignendi potestas plantis vix est recusanda. Plantas calorem eorum e terra, in qua collocentur radices, derivare, ingeniosum Sennebier contendere non me latet ; sed, meo judicio, causa effectum producere non satis vallet. Si res ita se haberet, unde tanta tempe rationis

rationis varietas a Hunter observata? Præterea terram ad quandam solum profunditatem, temperiem eandem ac aera habere novimus; radices tantum paucos pollices in solum descendunt, quomodo igitur fieri potest, tantum calorem ex ea derivari? Alia maxime valida argumenta eodem pertinentia nunc darentur, si non a nostro incepto alienum foret.

Vinculum arctum inter respirationem sanguinemque ex quibus supra dictis tam manifestum evadit, ut pluribus de eo verbis vix opus fuerit. Quando enim color ex hydro-carbonio, ac evolutione ejus per pulmones, certe pendet, ut coloris mutatio foret, maxime necesse, atque ex conclusis a Domino Wells, coloris varietatis causas indicare haud difficile esset; sed non nostrum est in hoc tentamine.

Ut quanta sit, ac quam maxime ad salutem conducat hæc nostra potestas, pauca promiscua

addere licet. Quomodo corpus humanum omnibus sese regionibus tam mire accommodat, nunc facile intelligi potest. An in regione calida vivitur? ibi loci minus oxygenii in aere atmospherico, exhalatio per cutem augetur, multo minus cibi consumitur, omnesque hæ variæ partes rite moderentur. Europæus juvenis vero, qui regiones nimium propinquas solis visit, hæc monita plerumque negligit, seipsum ita moderare nunquam menti succurrit, eodem cibo ac liquoribus fortibus, quibus natali solo uti confuevit, adhuc indulget, hydrocarbonii coacervatio ex oxygenii defectu fit, quod in hepate aliisque corporis partibus fecerit; et sic multa et dira mala tandem superveniunt. Contra, in frigidis arcti regionibus plus oxygenii in aere ubique diffunditur, itaque major copia consumi potest; appetitus est acutus, et alimentum valde nutriens ad necessarium calorem generandum exigitur, evacuatio per cutem rara ac parva, aer frigidus solum

calorem

calorem abducit. Hæ vires ita accurate lib-  
ratæ ; quod si alia nimis valeat, aliis multum  
obvenit, ac valetudo statim imminuitur. Ex-  
ercitatio omnibus vigorem dat, fin nimia, obest,  
hydro-carbonii dispendium major quam sup-  
peditatio fit, circuitus sanguinis augetur, sanguis  
hydro-carbonio spoliatus est, ac sequuntur  
phlegmatisæ. Exitus maxime diversi ab igna-  
via oriuntur. Hydro-carbonium augetur, respi-  
ratio citior evadit, ut grave onus excutiat ; cres-  
cit vero magis magisque calor, tandem accedit  
febris cum suis diris cladibus. Modum, quo  
frigus corpori subito applicatum agit, inde con-  
cipere licet ; fibras constringit, halitui per cutem  
obstat ; atque hinc catarrhus, rheumatismus, et  
multi alii morbi, quos sit mora longa referre.



